tur. nec enim sensus sequitur motus. non constat
homo quod faciendum est si fuerit quod fecit oblitus.
FACIES DICTA EST eo quod notitia faciat homines.
Inter faciem autem et uultum haec differentia est. quod fa
cies naturalis et cestus oris habitus est; uultus uero uarius.
et secundum affectionem animi. modo laetus modo tristis
unde et uultuosi dicuntur. qui uultum saepe commutant.
IAM BARBE RATIO quantum uultus confert dinoscentiam.
Barba est decoris signum uirilitatis indicium. et iuuentutem
significat. et sexus natura distinguit.
OCULI AUTEM in facie concauis foraminibus inclusi sunt.
a quo forato frons nominata est. Idem quoque oculi gem
marum habentes similitudinem. membranis perlucentibus
conteguntur. per quas membranas quasi pro uitro uel speculo
refulgenti. mens ea quae foris sunt transpicit.
In medio autem orbium scintille luminum conclusae te
nentur. quas pupillas uocamus. quibus cernendi
grata continentur. et ut oculi munitiores essent ab iniu
riam eos a prospexumus ciliorum teguminibus occulit.
unde et oculos esse dictos quibus adhibitae palpebre
a palpitando dictae. quia concurrentes inuicem oculo
rum obtutum reficiunt pilis in ordinem adstantibus;
ad eorum munitionem; supercilia quoque pilis breuibus
adornata sunt. quas quibusdam aggeribus oculis
praebentes custodiam ne quid superne incidat.
AURIUM inditum est nomen a uocibus auriendis.
per inmutationem enim litterae. aures uelut audes sunt
nominate. per has enim sonum uocemque. quasi per coclea